



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

12. Si pastor dicat sacrum & vocetur ad ægrum iam moriturum, an teneatur sacro relicto sacramenta ministrare, aut pro illo tempore à ministracione excusetur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

## Q V Æ S T I O. XII.

*Si Pastor dicat sacrum, & vocetur ad agrum iam moriturum, an teneatur sacro relicto*

*Sacramenta egroto ministrare  
aut pro illo tempore  
à ministracione  
excusetur.*

*Quæstionis explicatio.*

**I**ncumbit parochis tempore pestis non solum male habentibus, sed & sanis seruire tum in missæ sacrificiis celebrandis, tū in aliis Christianæ charitatis officiis exercēdis, modo suboritur cas<sup>9</sup> talis: pastor est intentus pio operi in gratiam suorum subditorum, cui dum vacat, accersitur ad peste infectum, vt sacramētum illi ministret, tenebitur ne relicto quocunque pio opere & præsertim sacrificio missæ diē dominico ad agrum currere, & sacramenta ministrare. An vero à ministracione tantisper excusetur?

*Responsio.*

Tenetur relicto quocunque pio opere etiam missæ sacrificio, sacramenta ministrare, quia vt communiter doctores notant, quādo duo præcepta affirmatiua peragenda simul concurrunt, nec vtrique simul satisfieri potest, (a) illud negligendum est, ex quo minora incommoda consequuntur.

*a. c. duo mala  
distin. 13. ex  
Conc. Tolet.*

quuntur. Ergo si omnibus perpensis quæ pastor prudens & timoratus pro ratione tantilli temporis perpendere potest, videat grauius incommodum sequi si negligat ægroto sacramenta ministrare, puta eius desperationem & æternam fortè damnationem, & ex altera parte resarciri posse, si quæ alia nascuntur ex omissione alicuius alterius operis, vt missæ, puta quia adhibito custode omnia paramenta necessaria ad sacrum faciendum, vel etiam ipsa hostia & calix consecratus sine scandalo aut alio periculo custodiri possunt, & considerat statim se redire posse, vt sacrû missæ officium perficiat, tenebitur peste infecto ministrare sacramenta, sacro vel quocunque alio opere quamuis sancto relicto, & postmodum ad sacrû missæ officium peragendum redire.

Ratio huius regulæ videtur esse quia in tali casu prudētia moralis dicitur (a) *ē duobus malis eligendum minus.*

a D. Gregor.  
lib 32. Mora.  
cap. 40.

Dices. Quid si relicto altari & populo qui ad sacrum audiendum conuenit, nascatur scandalum, tenebiturnè etiam pastor non obstante huiusmodi scandalo, ægrotum accedere & sacramēta ministrare?

R. Vbi de periculo æternæ damnationis egroti agitur, si quod ponatur scandalū erit.

erit acceptum nõ datum, quod pastor maxime tali casu contemnere debet.

Nihilominus poterit pastor si tempus ferat paucis verbis ostendere populo potius & melius esse succurrere proximo in illa extrema necessitate laboranti, quam vacare operi quod differri, vel etiam fortasse, si necdum ad consecrationem ventum est, sine peccato pro tempore omitti potest.

### Q V Æ S T I O XIII.

*Quid remediij si pastor fugiat & latitet.*

Quæstionis explicatio:

**I**Vre (a) communi debet tribus publicis edictis citari, & si intra sex menses non reuertatur beneficio priuari: Iure nouissimo cõciliij (b) Tridentini debet similiter citari & si contumax fuerit, debet contra eũ procedi per censuras, inde si inforduerit ad sequestrationem, & subtractionem fructuum, demum ad priuationem deueniri.

*a c. Ex tuo de clericis nõ re-  
sident.*

*b Sess. 6. c. 1.  
& sess. 23. c. 1  
de reform.*

Quaritur an casu grassantis pestis in quo versamur, hic processus seruandus sit, vel aliud remedium compendiosius adhibendum.

*R. sponso.*

**D**istinguendum videtur, vel enim Episcopus potest vicarium inuenire, qui pastoris loco ministret sc̄m̄ta vel non potest nisi